

Vol. coll. de S. Hieronymo de la Comp. de Jant.

ספר נתן

נתן

CONCORDANTIA^m HEBRAICARVM CAPITA,

Quae sunt de Vocum Expositionibus, à

doctissimo Hebraeo Rabbi Mardochai Nathan, ante CIX annos con-

scripta, nunc uero in gratiam Theologiae candidatorum, ac Linguae

Sanctae studiosorum, ad uerbum translata, per M. Antonium *Author & Lammartz*

Reuchlinum Inuentem, in schola Argentoratensi Lin-
guae Hebraeae professorem.

*[esta correçido
conforme al expor
gacion de la obra de la bta]*

Quo autem hic labor, non solum his, qui Concordantijs, utilissimo certè, ac uerè

aureo libro, & quo alius, quem quidem à Iudæis habemus, non est melior, uti uelint,

sed & omnibus Linguae sanctae studiosis, maiori usui esse possit: primò, puncta

uocalia singulis capitibus: deinde etiam, cuique Radici *אגודים*, id est,

sua deriuata, sub uarijs formis, per parentheses inclusa,

eodem Autore, adiecta sunt.

Psal. CXXI. : *עורי מעם יהודה עיפה שמים וארץ*

Cum Cas. Maies'tatis gratia & Priuilegio.



BASILEÆ, PER HENRICHVM PETRI.

Author damnatus

IO. SAPIDVS HEBRAICÆ
LINGVÆ STUDIO SIS.

Silabor & solers & honestus & utilis idem
Non sinit artificem laude carere sua,
Qualis iam floret diuini fama Platonis,
Qualis Aristoteli gloria parta sua est,
Quale celebratur praeclari nomen Homeri,
Quale poësis habet Vergilitana decus:
Cur liber hic scriptus magni improbitate laboris,
Nesciat authorem nobilitare suum?
Nam fuit utilitas, honor & solertia certus
Huic scopus, ut plenè texeret istud opus.
Propierea qui sermonis tanguntur amore
Principis, hunc discat, percipiatq; librum.
Tum quoq; se prius ingratos discant morituros,
Quam grates poterunt persoluisse pares.

MICHAELI TOXITÆ R. AD
LECTOREM ELEGIA.

Querimus innumeris peritura laboribus olim.
Querimus haud nullo munera fluxa malo.
At quæ perpetuos essent mansura per annos,
Spernimus è celsis dona remissa polis.
Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Ut teneat uarias irrequietus opes,
Castra feri sequitur miles scelerata gradiui,
Ut liceat paruo quodlibet ære scelus.
Vita sed in dubio est, dum spe subit undiq; nummi.
Fallacis casus cæcus uterq; graues.
Non satis agricolæ est, fructus de more beatum
Ferre suos, uarios inuenit arte dolos.
Aspicis artifices non uni incumbere, uerùm
Mille uisjs aurum quærere, mille modis.
Dumq; suas repleant tectis rationibus arcas,
Poriuros uero nil pudet esse Deo.
Hoc quoq; Musarum dolor est meminisse, uidemus
Cultores posito sepe studere metu.

Gloria nonnullos, fragilisq; superbia sceptri
Insana stultos ambitione trahit.
Non tamen hæc poterunt uitam donare beatam,
Sed quo non credis tempore fluxa cadunt.
Solus & omnipotens æternum uiuit in æuum,
Quæq; dedit nobis cœlica iussa, manent.
Quæ quia diuinis sunt conseruata libellis,
Non illis pretium uult Deus esse leue.
Ergo uoluntatem Domini cognoscere sanctam
Qui cupis, & ueras quærere diues opes:
Dum tibi uita datur, fallax est omnibus æuum,
Euoluas uigili Biblica scripta manu.
Fac tibi perpetuæ sit lex sanctissima cura
Illius, & uates quæ cecinere pij.
Hinc tibi non ullo uitandam tempore gazam,
Hinc tibi non fluxas accumulabis opes.

Authoris damnati

~~Handwritten text, mostly illegible due to fading and ink bleed-through.~~

ILLVSTRISS. PRINCIPI PIETATE ET

*animi magnitudine præstantiss. D. Volphango, Palatino apud Rbenum, duci
Bavaria, Comiti Veldentia, domino suo clementissimo, Antonius
Reuchlinus Isuenfis, linguæ sacræ professor, Argentinae, S.P.D.*



VM ante annos octo, huius operis æditionē pararem, illustri-
ssime Princeps, varijs procellis Ecclesie CHRISTI in Ger-
mania agitabantur, & grauissimis periculis expositæ erant.

sum. Videbam Sanctos omnium
temporum, eandem fortunam expertos, id egisse: ut quoniam publicè do-
cendi potestas illis præcisa esset, nihilominus Ecclesie utilitatem, uel orati-
do, uel consolando, uel scribendo quærerent. Exemplis referta sunt om-
nia, sic in primitiua Ecclesia, dum externis persecutionibus & hostilibus,

ueritatis inimicus eam oppugnauerat, & malignis quibusdam uiris deceptoribus repertis (uerba sunt Eusebii, Ecclesiasticae historiae libro III. capite VII.) quater niteretur: è contrario multi admodum Ecclesiastici uiri, pro ueritate fortiter stabant, ac scriptis quoque & assertionibus uera ratione subnixis, pro Apostolica & Ecclesiastica traditione certabant, ut ex librorum monumentis, etiam posteris ad cauenda haereticorum uenena munimen & subsidium praeretur. Haec Eusebius. Sic Ioannes Apostolus & Euangelista, Ioannes inquam ille, qui super pectus Domini recumbebat, qui fuit Sacerdos Dei, Pontificale *πρωτοπρεσβυτερος* gestans, (ut Eusebii utar uerbis) & martyr & doctor optimus, ob praedicationem uerbi diuini ac testimonium ueritatis, à Domitiano tyranno, in insulam Pathmos relegatus, Apocalypsin suam scripsit, ac tandem etiam sub Nerua Ephesum, quasi ad scholam propriam rediit. Sic Ignatius cum Romam mitteretur ad bestias damnatus, singulas quasque sub custodia digrediens ciuitates, Ecclesiae populos, Euangelicis exhortationibus edocebat, in fide persistere, & obseruare se ab haereticorum contagijs. Extant etiam nostrorum aliquot Theologorum libri, qui hoc ipso turbato rerum statu, in lucem prodierunt, quibus & posteris fidei suae rationem reddiderunt, & bonos ad constantiam adhortati sunt, & quas ob causas in nos saeuitum sit, ostendunt. Recte igitur me facturum putauit, si ego id temporis, quo mihi necessario mea functione uacandum erat, in sanctae linguae explanatione impenderem. Talenti enim depositi, cuius ratio reddenda est. Alij quidem alia depromunt, ego quae possum adfero. Nec unius generis fuerunt dona oblata extructioni Tabernaculi: alijs enim aurum & argentum, alius gemmas & ligna, hic hyacinthum, purpuram, & coccum: ille linum, pilos caprarum, pelles arietum, & id genus alia. prout cuiusque *κατασκευασθη*, ut Hebraeus inquit, in medium conterebat.

non
Taceo quoniam meae translationes *κατασκευασθη* in lucem prodeant, quas *κατασκευασθη* tamen non natas, aut statim interisse. Quò rectius faciunt, qui ipsos *κατασκευασθη* tunc, & sacram scripturam ea lingua legunt, qua conscripta est. *κατασκευασθη* non parua mihi causa fuit, hunc laborem suscipiendi, ut hac mea qualicunq; opera scholasticos adhortarer ad petendum ipsos fontes sacrae scripturae. Non est mihi propositum, aliorum refutare sententias,

EPISTOLA DEDICATORIA.

publicum daturi sunt, ut Principibus uiris eas dedicent, idem mihi quoque omnino faciendum putavi, ut sic Operi meo tenui, ornamentum accederet, & aduersus inuidos & calumniatores Patronum ac defensorem haberem. Nec difficile fuit querere, à quo talia & sperarem & consequerem. Cum

cessisti. Hæ sunt laudes nunquam intermoriturae, & Christiano principe dignæ. Hæ uirtutes me C. T. ita totum deuinxerunt, ut iam tum hunc qualicumque laborem nostrum, sub felici nomine tuo in lucem prodire optarem. Non multus ero in predicandis alijs uirtutibus, quæ in C. T. eximiae sunt. Ea enim in te relucet iustitia, prudentia, animi magnitudo, humanitas, ac consiliorum maturitas, ut melius sit illa silentio præterire, quam non pro dignitate extollere. Quod si C. T. hic noster labor, quem multis profuturum spero, non ingratus fuerit, certe nulla re alia ornatior auspicioreque in lucem prodibit, quam si tanti Principis calculo probatus omnibus patefiat. Nomen enim C. T. propter excellentes uirtutes, omnibus bonis & doctis merito debet charissimum esse. Ac quamuis hoc genus lucubrationum plurimum laboris, gloriae uero & præmij parum, reportare soleat, non dubito tamen inuidos quosdam futuros, qui & hunc nostrum laborem carpant: quare C. T. erit hunc, aduersus calumniatorum ac sycophatarum morsus defendere. Ita enim fiet, ut omnes uideant C. T. bonas & pias literas amare & fouere, ac ad amandum et uenerandum C. T. uere principem animum incitabuntur. Et ut ego quoque tali patrocinio fretus, posthac plura & maiora promere ausus sim. Precor autem æternum Deum, patrem Domini nostri IESU CHRISTI, ut C. T. seruet incolumem, atque ita regat, ut gubernatio à Deo credita, Ecclesiae CHRISTI, C. T. & patriæ, sit fausta & felix. Amen. Argentina. 1556.